



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.

Herberstein, Ferdinand von  
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo

Spirens., 1660

4. Qua autoritate executio facienda? quid si alibi sententia dicta sit, alibi Reus domicilium & bona possideat? quae ratio exequendi iudicatum?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11416**



judicatæ instituitur ad præstandum id, quod in condemnationem deductum est, vel recta fit executio. Actio rei judicatæ tum in primis utilis & necessaria est, cum dubitatur, an judicatum sit, aut exceptionibus aliquibus, adversus judicatum reus munitus est. Eâ enim quæritur non an debeat reus, sed an judicatum sit. *L. miles. 6. §. ult. & L. minor. 40. ff. de minor:* Instituitur adversus reum principalem non contra curatorem, tutorem, procuratorem, nisi liti se obtulerint, aut in rem suam dati sint *L. 4. ff. de re jud:* quod si plures unâ sententiâ in eandem quantitatem condemnati sint, proportionem in singulos datur. *L. Paulus. 43. ff. eod:*

3. Exceptiones rei judicatæ hæ ferè opponi solent, quod receperit actor id, quod petebat. *L. 1. C. de re jud.* Quod post rem, judicatam novatio facta sit. *L. 4. §. ex conventionem. ff. eod.* Quod obligatio ipso jure extincta sit: *L. 5. ff. de re jud:* Et præcipuè, quod aut omninò judicatum non sit, aut inter alios, aut non ritè. *L. sæpè. 63. ff. eod.*

4. Porrò executio fieri debet auctoritate publicâ. Qui privatâ libidine pignora ac-



ra acceperit, furti tenetur, aut vi bono-  
 rum raptorum. *L. miles sup. ff. de re jud:* aut  
 si executionem postulaverit, cum causæ  
 cognitio non præcessisset, actione quod  
 metus causa damnatur. *L. ult. §. ult. ff. quod  
 metus causa.* Et quidem Magistratus vel is,  
 qui jurisdictionem habet ordinariam, ipse  
 sententiæ suam per apparitorem exe-  
 quitur: qui verò notionem nudam habet,  
 ut sunt delegati, eorum sententiæ exe-  
 quuntur hi, à quibus dati sunt. *L. à Divo Pio.  
 15. ff. de re jud. Carisius. lib. 4. tit. 18.* Excipe  
 delegatum Summ. Pontificis, qui in inte-  
 grum annum habet ad exequendam sen-  
 tentiæ suam. *cap. quærenti. 26. de off: deleg:*  
 aut si vult executionem ad loci ordinari-  
 um, refert. *cap. significasti eod:* Quid si ali-  
 bi sententiæ dicta sit, alibi eius domicilii-  
 um & bona possideat? Respondent inter-  
 pretes. Scribere debet qui jus dixit ad  
 Præsidem alterius Provincia, ut sententi-  
 am à se dictam exequatur. *cit. L. 15. §. 1. Po-  
 test & absque litteris hujusmodi actio rei  
 judicatæ institui apud alterius Provincia  
 Præsidem. Alciat. in L. pen: ff. de jurisd. n. 10.*  
 Potest Princeps adiri, ut mandet execu-  
 tionem



tionem alteri. *Donell: in cit. L. 15. §. 1.*

5. Modus exequendi non unus est: vel enim fit manu militari, vel captis pignoribus, vel missione in possessionem, vel carcere. Manu militari executio fit, cum quis rem certam seu corpus restituere iussus, non paret iudici cum posset. *L. qui restituere. 69. ff. de rei vind:* Captis pignoribus executio tum potissimum fit, cum reus iussus est pecuniam solvere. *L. 4. ff. de re jud: capiuntur pignora per eum qui jurisdictioni præest. L. 15. ff. eod:* Primò quidem res mobiles imprimis animales: tum immobiles: postremò jura. *L. 5. C. de exe. rei jud:* Qui ordo, cum in utriusq; utilitatem cedat tam debitoris, quam creditoris, inverti non potest. *arg. eiusd: L. 15.* An stipendia militum, annonæ &c. capi possint? Non possunt quamdiu aliæ res supersunt, *L. 4. C. de exe. rei jud:* Quo argumento rectè dixeris, nec commoda Clericorum, nec salaria Doctorum capi posse, donec res aliæ supersunt. *Baldus in Authen: sed jam cautum C. depositi.* Prohibentur etiam executores capere servos aratores, boves arato-

arato-